



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

De Minoritico conuentu Ingolstadiensi. Conu. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

sequentes, deuote uisitaerint, fauorem, eandem prorsus plenariam indulgentiam, Monasterio S. *Mariae de Angelis* prope *Affsum* (hanc de *Portiuncula* nuncupant) à secundis uesperis diei festi S. *Petri ad Vincula* usque ad diei sequentis solis occasum, à summis Pontificibus concessam, ex paterna pietate atque ad præfati *Gabrielis Ridlerij* instantiam imperitus est. Præfatorum uero fundatorum, alter *Gabriel* scilicet *Ridlerius* in omni euentu opportunè adfuit: alter uero *Vincentius* nempe *Ridlerius*, relicto sæculo, atque eius illecebris, pauperumque fratribus, sub Minoritico habitu adiunctus, Christum pauperem sequi uoluit. Sub cuius tandem uexillo adeo profecit, ut in præstantissimum religiosum, atque doctissimum tum Philosophiæ, tum quoque Theologiæ lectorem, ac tandem in *Bauaria* Custodem euaserit. Obiit mortem, atque in huius loci Ecclesia sepultus est tantus hic pater, sub anno Domini 1408, cui R. P. F. *Michael* à *Sesena* generalis olim totius nostri Ordinis Minister & R. P. F. *Albertus Solonenfis* Episcopus, & Monialium Princeps frater *Guilielmus Ocham* Franciscanus & doctissimus pater frater *Bonagrata* à *Pergamo* V. I. D. & P. F. *Gasparus Scatzergerus* Custos *Bauariæ* & Guardianus *Monacensis*, qui multis editis operibus accerrimè hæresim *Lutheranam*, sub primis eius initiis, impugnavit, diemque extremum, clausit, anno domini 1527. distinctis tamen in sepulchris hærent. Eadem in Ecclesia, honestissimo tamen loco, corpus beati patris *Marquardi de Meismaler*, qui post diutinam grauissimamque infirmitatem, cum sanctissimè obiisset, & cæcum illuminauit, & contractum hominem pristinae reformationi restituit, ac plurimis aliis miraculis claruit, reconditum est. Pertinuit denique hic conuentus, à secunda sui erectione ad annum usque domini 1480. ad Conuenticuales *Franciscanos* patres: sed us ex præfati summi Pontificis, ad pietissimi tamen *Bauariæ* Ducis, atque *Federici* Germanorum Imperatoris generi instantiam, alio translatis, ad huius Prouinciæ *Observantes* deflexit. Cuius incolæ quadragenarium numerum attingunt.

De Minoritico conuentu *Ingolstadiensis*.

Conu. II.

INGOLSTADIVM præstantissima *Bauariæ* ciuitas, iuxta *Danubium* flumen sita, atque florentissima Academia illustris, statim à Franciscanæ Religionis exordio, solerti pietissimorumum *Ludouici* & *Anne* à *Polonia* eius coniugis *Bauariæ* Ducum opera, Minoritas amplexata est. Hi namque heroes, de R. *Hildeprandi Aichstadiani* Episcopi (cuius eam partes erant) consensu, Minoriticum Monasterium, non longè à præfata ciuitatis moenibus, anno 1245. cõstrui curarunt, tanti interim operis executorem constituentès per deuotum *Vibrordum Rorbachium Ingolstadiensium* Iudicem, atque Præfectum, qui infra breuissimi temporis spacium magnificè satis absolui fecit fratribusque tradidit. Subiacuit tamen huiusmodi conuentus ad annum usque Domini 1466. Conuenticualibus patribus: sed iis præstantissimi Principis atque *Bauariæ* Ducis *Ludouici* opera aliò translatis, ad fratres huius Prouinciæ *Observantes* declinauit. Inhabatur à cætero hic Conuentus à 30. religiosi quorum maior pars diuinis atque humanis literis sedulè nauat operam, publicasque *Ingolstadienses* scholas uel lectiones auditura, uel de propositis thesibus disputatura, frequentat: in super & Reuerendissimi patris fratris *Gulielmi Berto* generalis *Ultramontanæ* familie Vicarij, qui, anno Domini 1481. iniuncti uero muneris 3. maximum sui desiderium (erat enim bonus pater) omnibus relinquens, ex hac uita migravit, funere honestatur.

DeMi-